et statui ante oculos meos. Et sicut nō disce  
dit ābeli⁹ de narib⁹ meis. sic nō discesserūt  
peccata mea ab oculis meis. sed stebas sep̄ il  
la considerās. Cui abbas pasuntius dixit. Nō  
p̄pter penitentiā tuā remisit tibi deus pecca  
ta tua. sed quia timorē semp̄ habuisti in aīo.  
Et cū inde illas eduxisset. xv. dies supuixit. et  
pauisauit in pace. ¶ Abbas quoq; effrez ali  
am meretricē simili fere modo conuertere  
voluit. Nā cū illa meretr̄ scūm effrē ad pec  
candū alliceret ipudēt. dixit ei effrē. Se q̄re  
me. Qua sequēte cū ad quēdā locū ubi erat  
multitudo boīm venisset. dixit ei. Sede buc  
ut cōmiscer tecū. Et illa Quō possu; h̄ face  
re tāta multitudo hic astāte. Et ille. Si bo  
mies erubescis nōne maḡ tuū debes erube  
scere creatorē qui reuelat occulta tenebrarū.  
Illa autem confusa recessit

CXLVIII.

De sancto Byonisio.

**D**yonisi⁹ interpre  
tatur pehemēt fugiens. Vel d̄z

Dyonisi⁹ a dya qd̄ est duo. et nisi⁹ qd̄ est eleua  
tio q̄si scdm̄ duo eleuat⁹. s. fm̄ corp⁹. et fm̄ a  
nimā. Vel d̄z a dyana qd̄ est ven⁹. s. dea pul  
critudinis. et syos qd̄ est deus quasi pulcer  
deo. Vel ut quādam aiunt dicitur a dyonisia  
que ut dicit ysidorus est quedā gemma nig  
ra valēs contra ebrietatem. Fuit ergo vebe  
menter fugiens de mūdo p̄pter perfectā ab  
renunciationem. eleuatus p̄ internozum p̄  
templationē. pulcer deo per decorē virtutū.  
valens peccatoribus contra ebrietatē vicio  
rum. ¶ Hic ante conuersionem multa  
prenomina habuit. Vocatus est enim ari  
opagita a vico in quo habitabat. Itē dicit⁹  
est theosophus. id est deum sapiens. Itē a  
grecorum sapientibus vsq; hodie dicitur p̄  
rigion tuarami. qd̄ latine dicit̄ ala celi. q̄ in  
celū ala spiritualis intelligentie mirabiliter  
volauit. Itē dicit⁹ est machari⁹. i. beatus.  
Itē a patria dicit⁹ est ionic⁹. Ionica autē ut  
ait papias vna est ex linguis grecorū. vel io  
nice sunt genera rotundarū colūnarū. v̄l io  
nicū ut idē dicit̄ ē pes q̄ habz duas correptas  
et duas longas. Ider qd̄ ostendit q̄ ipse fuit  
sapiēs deū p̄ occultorū inuestigationē. ala ce  
li p̄ celestū contēplationē btūs p̄ etnoꝝ pos  
sessiōz. Ider alia ostēditur q̄ ipse fuit mirabil  
rhetor p̄ eloquētiā. ecclie sustētator p̄ doctri  
nā. breuis sibi p̄ bñilitatē. lōg⁹ alijs p̄ caritatē  
Augusti. aut̄ i li. viij. d̄ ciuitate dei dicit q̄ io  
nicū ē gen⁹ philosophorum. Distinguit enī  
ibidē duo genera p̄hoꝝ. s. ytalicum qd̄ ē ex p̄  
te ytalie. et ionicū qd̄ ē ex parte grecie. Quia  
ergo dyonisi⁹ sum⁹ erat p̄hs. idō ātonoma  
lice dicebatur ionic⁹. Eius passionē et vitas  
grece dictauit methodi⁹ constantinopolita  
nus. latine vero anastasi⁹ apostolice sedis  
bibliotecarius ut dicit igmar⁹ remorū ep̄us

**D**yonisius ariopagita a beato paulo  
apostolo ad fidē xp̄i conuersus  
fuit. Qui ariopagita a vico ciuita  
tis in quo habitabat dictus fuisse dicit̄. Ari  
opagus enī erat vicus martis. in quo. s. erat  
templum martis. Athēniēses enim singlos  
vicos denoiabant a dijs quos colebant. ut  
vicum in quo colebatur mars vocabant a  
riopagū. quia arioi dicit̄ mars. Vicū in q̄

# Dionisio

colebāt pan vocabāt panopagū. Et ita a singulis dijs singulos vicos denotiabant. **A**riopag⁹ aut erat vic⁹ excellentior. q̄a ibi erat curia nobiliū et scole liberaliū artiu. In hoc ergo vico morabatur dyonisi⁹ maxim⁹ p̄bus qui ob plenitudinē diuinorū nūminū et sapientie theosopbus. i. deū sapiens dicebatur. Erat et secum appollophanus eius cōp̄bilosopbus. Ibi etiā erāt epicuri. qui ponebant felicitatem hominis in sola corporis voluptate. et stoici qui in sola animi v̄tute. ¶ In die igit dñice passionis cū tenebre facte fuissent sup̄ vniuersā terrā p̄bi qui erāt athenis non potuerūt b̄ causā in causis naturalib⁹ inuenire. Nō fuit enim naturalis eclipsis solis. Tū quia luna fere erat eregione ad solem. eclipsis autem fieri solet in sinodo solis et lune. Luna autē tunc erat quinquadecima et ita i perfecta distantia a sole. Tum quia eclipsis nō auferit lumen vniuersis partib⁹ terre. Tū q̄a per tres horas durare nō potest. Quia autem illa eclipsis in vniuersis partib⁹ terre lumen abstulerit. patet ex eo qd̄ lucas euangelista hoc dicit et ex eo qd̄ vniuersitatis domi⁹ patiebatur et ex eo qd̄ fuit apud eliopolim egipti et ex eo qd̄ fuit rome et in grecia siue asia minori. Quod autem fuerit rome testatur **O**rosius dicens. Cum dominus patibulo affixus est. maximo terremoto per orbem facto. saxa in montibus scissa. maximarūq; vrbium plurime partes pl⁹ soluta cōcussioe ceciderūt. Eodēq; die ab hora diei sexta sol itantus obscurat⁹ ē. q̄ tetra nox subito obducta teris est a deo vt stellas tunc diurnis horis vel potius in illa horreda nocte toto celo visas fuisse referatur. **H**ec orosius. ¶ Fuit etiam apud egiptum. Et huius meminit dyonisius in epistola ad appollophanū dicens. Obscusi namq; orbis vniiformiter tenebrarum caligine tabescēte. vt purgatum rediit solis dyametru regulam p̄bilosopbi aridei assumpsimus. Cūq; reperim⁹ qd̄ et erat notissimum solem pati molestias nō debere. aio ad te parte peritie sacrariū ad huc nescim⁹ tanterei misteriu. Quid in quā speculū doctrine appollophanib⁹ secretis ascribis ad que tu mihi ore diuino et nō humani sē;

sus sermone. **O** bone dyonisi diuinarum p̄mutationes sunt rerum. Deniq; notatū fērie diem et annum ānunciationis quā paulus nostris aurib⁹ suspens⁹ intonuit. signis acclamantibus recordari expertus. dedi veritari man⁹ et falsitatis sum neribus absolutus. **H**ec dyonisi⁹. ¶ **H**uius etiam meminit idem in epistola ad polycarpus loquēs de se et appollophano dicens. Ambo apud eliopolim tūc p̄ntes et coactantes inopinabiliter soli lunā incedentem videbam⁹. Nō enim erat conueniens temp⁹. Et rur⁹ ipam a nona hora vsq; ad vesperam ad solis dyametru; supernaturaliter restituta. Eclipsim autem illam vidimus in oriente inchoatam. et vsq; ad solarem terminū venientes postea regredientem. Et rursus non ex eod̄ et defectum et purgationē sed econuerso fm̄ dyametru factā. **H**ec dyonisi⁹. Tūc enī dyonisi⁹ cū appollophano voto astrologice discipline apud eliopolim egipti prexerat. et postea inde reuersus est. ¶ **Q**uod autē fuerit in asia testatur eusebius in cronica asserēs se in dictis ethnicoz legisse. qd̄ tunc in bitunia que est p̄uincia asie minoris fuit tremotus magnus et maior solis obscuratio q̄ vnq; fuerit et qd̄ dies hora. vi. ita in tenebras noctē vsus sit. vt stelle in celo vise sint. et qd̄ i nicena que vrb̄ est bitunie multas edes terremoto subuertit. ¶ Tandem in historia scolastica legitur. p̄bi ad hoc adducti sunt vt dicerent qd̄ deus nature patit. **A**libi tñ legit qd̄ dixerūt aut ordo nature peruertitur. aut elementa mētuntur. aut deus nature patitur et elementa sibi cōpatiuntur. **A**libi quoq; dicitur qd̄ dyonisi⁹ dixit. **H**ec nox quā nouā miramur totius mūdi verā lucē aduenturā signat. Tūc athenienses illi deo aram p̄struxerūt. et suppositus est titulus ignoto deo. Singul⁹ enī aris superponebatur titulus indicans cur essent dedicate. Et cum vellent illi offerre holocausta et victimas. dixerunt p̄bi. Honorū nostrorum non eget. sed facietis genuflexiones ante aram eius et supplicabitis ei. quia non querit oblationes pecorum sed duotōnē antioz. Cū ergo paulus venisset athenas epicuri. et stoici p̄bilosopbi cum eo disputa-

## De sancto Dionisio

bant. Quidam autem dicebant. Quid seminator  
pborum sicut dicitur. Alii dicebant. Nouorum  
demoniorum videtur annunciator esse. Adducentes  
ergo eum ad vicum pborum ut noua doctrina ibi  
examem recipere dixerunt. Noua quidam in se au-  
ribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velit  
habeere. Athenienses autem ad nihil aliud vacabant  
nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. Cum  
ergo paulus singula deorum altaria perlustrasset,  
et inter cetera ignoti dei altare vidisset, di-  
xit illis phis. Quae ignorantibus colitis hunc  
ego annuncio vobis verum deus qui fecit  
celum et terram. Deinde dixit dyonisio quem  
ceteris magis doctum in diuinis videbat. Quis  
est dyonisi ille deus ignoras. Cui dyonisius Ipe  
est deus verus qui in ceteros deos non est de-  
monstratus. Sed nobis est ignoras et seculo vetu-  
ro futurus et impetuum regnaturus. Et paulus  
Homo an tantum spiritus est. Et dyonisius Be-  
ne homo est. Sed ideo incognitus est, quia est tan-  
tus in celis conuersatio est. Cui paulus. Ille est  
quem predico qui de celis descendit, carnes su-  
scipit mortem sustinuit, et die tertia resurrexit.

Cum autem dyonisius adhuc cum pau-  
lo disputaret fortuito transiit per viam cecorum  
coram eis. Statimque dixit dyonisius paulo  
Si dixeris huic ceco, in nomine dei tui vide-  
re et viderit, statim credam. Sed vitatis verbis  
magicis, quia forte nosti verba que habet huius-  
modi efficaciam, ego formam verborum tibi pre-  
scribam. In hac igitur forma verborum dices ei.  
In nomine iesu christi nati de virgine, crucifixi  
mortui, qui resurrexit, et ad celum ascendit, vi-  
de. Sed ut omnis suspitio tolleretur, dixit pau-  
lus dyonisio ut hec ipse verba proferret. Cum  
ergo in eadem forma dyonisius ceco ut videret  
dixisset, protinus visum recepit. Statimque dyo-  
nisius cum damari uxore sua et tota familia  
baptizatus est, et fidelis effectus. Sicque a pau-  
lo per triennium instructus athenis episcopus ordinatus  
est. Ubi ille predicationi insistens ipsam ciuita-  
tem et maximam partem regionis illius ad fi-  
dem christi adduxit. **C** Huic paulus ea  
que in tertium celum raptus vidit reuelasse dici-  
tur, sicut et ipse dyonisius in plerisque locis insi-  
nuare videtur. Unde et de gerarchiis ipsorum  
angelorum ordinibus dispositionibus et officiis

tam luculenter et clare disseruit ut non putares  
ipsum hoc ab alio didicisse, sed ipsum potius etiam  
usque in tertium celum raptum esse, et ibi hec omnia  
conspexisse. **P**rophete spiritus claruit  
sicut patet in epistola quam misit ad ioban-  
nem euangelistam in patmos insulam in  
exilio relegatum, ubi prophetauit quod inde re-  
diturus esset sic dicens. Gaude vere dilecte, ve-  
re amabilis, et desiderabilis, et diligibilis, val-  
de dilecte. Et infra. Ex custodia que est in pat-  
mos dimitteris, et ad tertiam alie reuerteris et  
facies ibi boni dei imitationes, et his qui erunt  
post te trades. **D**ormitioni beate ma-  
rie interfuit, sicut ipse in libro de diuinis no-  
minibus insinuare videtur. **C**um ergo  
audisset petrum et paulum rome a nerone in  
carceribus detineri, episcopum sibi substitu-  
it, et ad eos visitandos accessit. Verum cum  
illi ad dominum feliciter migrassent, et postmo-  
dum clemens presideret, ab ipso beato clemen-  
te post aliquod spacium temporis in franci-  
am destinatur, et sibi rusticus et eleuterius so-  
ciani. **A**ffusus igitur parisiis venit et mul-  
tos ibidem ad fidem conuertit, et ecclesias plu-  
rimas fabricauit, et clericos diuersi ordinis  
collocauit. Tanta autem in ea gratia celitus  
emittitur, quod cum sepius pontifices ydolorum  
contra eum seditionem populi concitarent  
et populus ad eum perdendum sepe cum ar-  
mis concurreret, mox illo viso aut omni fe-  
ritate deposita se eius pedibus prouoluebant  
aut nimio timore soluti ab eius presentia fu-  
giebant. Sed dyabolus videns et inuidens quod  
quondam sui cultura decrederet, et multipli-  
catis fidelibus ecclesia triumpharet, domici-  
anum imperatorem in tantam commouit se-  
uiciam ut preceptum daret, quod quicumque christi-  
anum aliquem reperiret, aut ipsum sacrificare  
cogeret, aut diuersis supplicijs cruciaret. **P**re-  
fectus igitur fescenninus contra christianos parisi-  
a roma directus, beatum dyonisium popu-  
lo predicantem inuenit, statimque captus col-  
laphizatum, consputum, derisum, et locis du-  
rissimis alligatum, cum sanctis rustico et eleu-  
terio sibi presentari precepit. Cum ergo san-  
cti coram illo in confessione dei constantes  
astaret, ecce quedam matrona nobiliter aduenit

# De sancto Dionisio

et virum suum lubriū turpiter ab his magis  
deceptū asseruit. Ipso eius utiq; viro cuius  
mitti et in dei confessione perseverans inu-  
ste necatur. Sancti vero a duodecim mili-  
bus flagellantur. Deinde magno pondere  
catbenarū cōstricti carceri mancipant. Se-  
quenti die dyonisi⁹ super cratem ferreā sup-  
positis flammis nudus extendit. vbi dñs dca  
tabat dicens. Ignitum eloquium tuum ve-  
bementer. ⁊ seruus tuus dilexit illud. Inde  
autē erigitur. ⁊ ad bestias ferocissimas ml-  
to ieiunio excitatus pijci⁹. Sed cū in euz ipe  
tuose currerent signus crucis opposuit ⁊ mā-  
luerissimas eas fecit. Deinde in clibanū ia-  
ctatur. sed extincto igne nil leditur. Cui affi-  
gitur ⁊ diutius ibidem torquetur. Inde de-  
positus cum suis socijs et multis alijs fide-  
bus carceri mancipatur. Vbi dū missam ce-  
lebraret. et populū cōmunicaret. Domin⁹ te-  
sus eidem cum immenso lumine apparuit.  
⁊ panem accipiens ei dixit. Accipe hoc care  
meus. quia mecum est maxima merces tua  
Ipse hoc iudici presentati iterū nouis sup-  
plicijs mactantur. ⁊ iuxta ydolum mercurij  
cum securibus trium capita in confessione  
trinitatis precipiuntur. Statimq; corp⁹ san-  
cti dyonisi⁹ se erexit. et caput suum inter bra-  
chia. angelo duce. et celesti lumine preceden-  
te. per duo miliaria deportauit. a loco q̄ dici-  
tur mōs martirium vsq; ad locum vbi nūc  
sua electione et dei prouidentia req̄scit. Tā-  
ta autē ibidē angeloz melodia insonuit. vt  
inter multos qui audierūt ⁊ crediderūt etiā  
larcia vroz prefati lubri⁹ xpianaz se eē clama-  
uit. Er mox ab impijs decollata ⁊ in suo san-  
guine baptizata occubuit. Fili⁹ autē ei⁹ noie  
pirbi⁹ rome sub trib⁹ impatorib⁹ militauit.  
Deinde parisijs rediens baptizatur. ⁊ reli-  
giosorum numero sociatur. Dum autē in-  
fideles metuerent ne sanctorū rustici ⁊ eleu-  
terij corpa xpiani sepelirēt. iusserūt vt in seca-  
na mergerent. **B** **H** Patrona autē qdā  
nobilis vectores ad prādū inuitauit. ⁊ illis  
epulantib⁹ scōz corpa furtiue surripuit. ⁊ i  
agro suo occulte sepeliri fecit. Que postea p  
secutiōe cessante inde sustulit. ⁊ corpori bea-  
ti dyonisi⁹ honorifice sociauit. Passi sūt sub

Domiciano anno dñi. xcvj. etatis vob̄ beati di-  
onisi⁹. xc. **C** Circa annos dñi. dccc. xv. tēpe lu-  
douici legati micbaelis impatoris constan-  
tinopolitani inter cetera munera detulerūt  
ludouico filio karoli magni libros dyonisi⁹  
de gerarchia de greco in latinū translato.  
Qui cum gaudio sunt recepti. et. xij. infirmi  
in ipsa nocte in ecclia eius curati. **C** Cū apd  
arelatē sanct⁹ regul⁹ ep̄s missaz solēnia cele-  
braret. aploz nomib⁹ in canone recitatis ad-  
iūxit. et beatis martiribus tuis dyonisio ru-  
stico et eleuterio. Quo dicto cuz ad huc dei  
famulos viuere crederet. plurimum mirari  
cepit cur eorum noia sic nesciens in canone  
protulisset. Et ecce eidem miranti tres colū-  
be apparuerunt super crucem altaris residē-  
tes que sanctorū martyrum nomina bebāt.  
suis pectoribus sanguine insignita. Quas  
diligenter intuens sanctos migrasse a corpe  
intellexit. **C** Circa añū dñi. dcl. iij. dagober-  
tus rex francoz. vt in quadam babe⁹ croni-  
ca qui longe ante pipinū regnauerat. a sua  
puericia sc̄m dyonisiū in magna venera-  
tione habere cepit. Nam ⁊ quando clotarij  
patris sui iram metuebat ad eccliam san-  
cti dyonisi⁹ continuo fugiebat. Cum ergo fa-  
ctus iam rex mortuus fuisset cuidam sc̄to  
viro in visione monstratus est q̄ anima ei⁹  
ad iudicium rapta fuit. et multi sancti suaz  
ecclesiarum expoliationem obijciebant ei⁹  
Cum ergo mali angeli az ad penas rapere  
eam vellent. affuit beatus dyonisius ⁊ ei⁹ in-  
teruentu liberata est. et penam euasit. Forte  
enim eius anima ad corpus redijt. ⁊ ibi pe-  
nitentiam egit. **C** Clodoueus rex corpus  
sancti dyonisi⁹ minus religiose discooperi-  
ens os brachij eius fregit et cupide rapuit.  
qui mox in amentiam versus est. **C** Et no-  
ta q̄ ignarus episcopus remensis dicit̄ epi-  
stola quā misit ad karolum q̄ iste dyonisi-  
us missus in galliam fuit dyonisius ariopa-  
gita vt supra dictū est. Idē testatur Jobānes  
scot⁹ in epla ad karolum. Nec forte ratio  
ex computo temporis contradicit. sicut aliq̄  
obijcere voluerunt

CXLIX

De sancto Calixto

21

# De sancto Calixto

**C**alixtus papa anno  
domini. ccc. xij. sub alexandro imperato  
re martyrium passus est. Et tunc per  
eminentiorum: Brome diuio ē in cēdio crema  
ta. et sinistra manū iouis aurea liquifacra. Tūc  
oēs sacerdotes ad alexandriū ipatorē venerūt  
petētes ut diuini sacrificijs placarent. Bū  
ergo offerret subito celo sereno mane die io  
uis diuio fulmie quattuor sacerdotes ydolorū  
mortui sūt. et ara iouis cremata est. et sol ob  
scurat⁹ est. ita ut populus roman⁹ fugerit extra  
muros. Audiēs autē palmani⁹ consul quod calixt⁹  
cū suis clicis trās tiberi latitaret. rogauit ut  
xpiani per quos B malū trigerat ad purgatiōez  
ciuitatis penit⁹ delerent. Idalmatius itaqz  
potestate accepta. cū illuc cū militib⁹ ppa  
set. sed illi protin⁹ excecati fuissent. terit⁹ ale  
xandro B pti⁹ nūciauit Tūc impator iussit  
ut die mercurij oīs populus ueniret. et mercu  
rio immolaret. ut ab eo sup bis rīsa acciperet  
Quod dū fieret. vgo qdā tēpli noīe iuliana ar  
repta a demōe exclamauit. De⁹ calixti ē ve  
rus et viu⁹ De⁹ q nris ē pollutiōib⁹ indigtus  
Quod audiēs palmani⁹ trās tiberi ad vrbēz ra  
uēnariū ad scūm calixtū accessit. et cū vxore  
sua et familia se ab eo baptizari fecit. Quod au  
diēs impator eū accessitū simpliciō senatori  
tradidit. ut vbis blādīs eū mōderet ex eo q rei  
publice plimū necessari⁹ eēt. Idalmatio vō  
teumijs et orōnib⁹ pseuerate. venit ad eū qui  
dā miles pmittēs q si vxorē suā paliticaz sa  
naret ptiuo credret. Cū ergo palmani⁹ ora  
ret. illa sanata ad palmaniū cucurrit dicens  
Baptiza me in noīe xpi q tenuit manū meā  
et alleuauit me Tūc calixt⁹ veniēs ipam euz  
viro suo et simpliciō et mltis alijs baptizauit  
Quod audiēs impator iussit oēs baptizatos  
decollari. calixtū vō. v. dieb⁹ sine cibo et potu  
manere fecit. Ille autē vidēs eū āpli⁹ pfortari  
iussit cū dieb⁹ singul⁹ fustigari. Deinde p fene  
strā precipitātū alligatūqz saxo i puteū precipi  
tari. Alteri⁹ autē psbyti corp⁹ ei⁹ de puteo ele  
uauit. et ipm i cimiterio calipodij sepeliuit.

**CL.**  
**I** De sancto Leonardo.  
Leonard⁹ dicitur

odor populi. a leos quod est popul⁹ et nar  
tus quod est herba redolens. quia odore bone  
fame populum ad se traheret. Vel leonar  
tus dicitur quasi lugēs ardua. Vel leonar  
tus dicitur a leone. Leo enim quattuor ba  
bet in se. Primo habet fortitudinem quam  
fortitudinem ut dicit Isidorus habet in pe  
ctore et in capite. Sic beatus Leonardus ha  
buit fortitudinem in pectore per malarum  
cogitationum refrenationem. et in capite p  
infatigabilem supernorum contemplatiōez  
Secundo habet sagacitatem. et hoc in duo  
bus scz in apertione oculorum cum dormit  
et in deletione vestigiōrum cum fugit Sic le  
onardus vigilauit per laborem actionis. et  
vigilando dormiuit per quietez contempla  
tionis. et in se deleuit vestigia totius munda  
ne affectionis. Tertio habet virtuositatem  
in voce. quia eius vox tertia die suscitauit leu  
culum natum mortuū et omnē bestia figere  
facit gradus. Sic leonardus multos mor  
tuos in peccatis suscitauit. et multos bestia  
liter viuētes in operibus bonis fixit. Quar  
to habet timorem in corde. quia fm ysidoriū  
duo timet. scz strepitum rotarum et ignem ac  
censum. Sic Leonardus timuit et timendo  
vitauit strepitum mundane sollicitudinis  
ideo in desertum fugit. et ignem terrene cupi  
ditatis. et ideo omēs thesauros sibi oblatos  
contempsit.

**L**eonardus fuisse dicitur circa An  
num domini. quingētesimuz. Hic  
a sancto Remigio remensi archie  
piscopo de sacro fonte leuatus. et ab ipso sa  
lutaribus disciplinis instructus est. Cuius  
parentes primi in palacio regis francie ha  
bebantur. Hic tantam gratiam a rege obti  
nuit. q omnes incarcerati quos ipse visita  
bat protinus absoluebantur. Cum igitur fa  
ma sanctitatis eius exresceret. rex multo  
tempore eum secum manere coegit. donec  
oportuno tempore ei episcopatus donaret.  
Quod ille renuit et solitudinem desiderans  
relictis omnibus aurelianum predicando  
cum fratre suo Lisardo deuenit. Ubi post  
qm in quodam cenobio aliquandiu vixe  
runt. dum Lisardus super ripam ligeris  
solitarius manere vellet. et Leonardus per



## De sancto Leonardo

spū facti abmonitōne in aq̄tania disponez  
predicare. osculātes se ab inuicē discesserūt.  
Leonard⁹ igit̄ ubiqz predicās. mltā miracu  
la exercēs. in quadā silua ciuitati lemonice  
vicina habitauit. vbi erat aula regia causa  
venationis p̄structa. Accidit aut̄ vt quōdā die  
rex ibi venaret. ⁊ regina illuc cā delectatiōis  
egressa partu piclitarēt. Cuz ergo rex ⁊ fami  
lia p̄pter regine piclitationē lugerent. ⁊ leo  
nardus p̄nem⁹ trāsiret. ⁊ gementium voces  
audiret. pietate cōmotus illuc p̄perauit. ⁊ a  
rege vocat⁹ p̄tin⁹ introiuit. Cū igit̄ a rege inē  
rogat⁹ q̄s eēt. ⁊ se sc̄tū remigij discipuluz fuisse  
narraret. rex spes bonā p̄cipiēs. ⁊ a bono ma  
gistro ipsuz bene instructū existimās. ip̄s ad  
reginā induxit. rogās vt suis p̄cib⁹ de recu  
perata coniuge ⁊ edita ple duplex gaudiuz  
obtineret. Tūc ille oratione fusa qd̄ petebat  
p̄tin⁹ impetrauit. Cū aut̄ rex mltā in auro ⁊  
argēto sibi offerret ille p̄tin⁹ recusauit. admo  
nēs vt hec paupib⁹ daret dicēs. Ego nullis  
boz indigeo. sed tantū in aliq̄ siluarum con  
tēptis bui⁹ mūdi diuitijs soli c̄busto famu  
lari desidero. Cum aut̄ rex totū illud nem⁹  
sibi tradere vellet. ille ait. Nō totū illud acci  
pio. sed quantū nocte cū meo asello circū re  
potero. tantū mibi concedi exopto. Qd̄ rex  
libētissime adimpleuit. Cōstructo itaqz ibidē  
monasterio. ibi diu cū adiūctis sibi duobus  
monachis in abstinentia mltā degebat. Cū  
autē aq̄ vno ab eis miliario distaret puteuz  
ibidē siccū penit⁹ fodi iussit quē aq̄ orōnib⁹  
suis impleuit. Locū aut̄ illū nobiliacū appella  
uit. eo q̄ a rege nobili tradit⁹ sibi fuisset. Ibi tā  
tis miracul⁹ choruscavit. q̄ q̄cūqz ei⁹ nomē  
carcere inuocasset. mox ruptis vinculis nul  
lo contradicēte liber abiret. ⁊ suas eidem ca  
tbenas vel compedes presentaret. Horum  
plures secum manebant ⁊ ibidem domino  
seruebant. Septem quoqz familie de e⁹ no  
bili stirpe venditis omnibus ad eum vene  
rūt. ⁊ distributo singulis nemore ibi cū ip̄o  
manētes exēplo suo plurimos attraxerunt  
Beniqz sanctus vir Leonardus mltis cla  
rus virtutibus. octauo ydus nouembri ad  
dominum migravit. Vbi postqz multa fes  
sisset miracula. clericis illius ecclesie est reue

latum. vt quia locus ille propter multitudine  
nīs frequentiam artus erat. alibi ecclesiam  
fabricarent. ⁊ illuc corpus sancti leonardi bo  
noxice transportarent. Et illi cum populo  
triduano ieiunio et orationi insistentes. respi  
cientes viderunt totam prouincia ⁊ niue co  
opertam. locum autem illum in quo sanct⁹  
Leonardus quiescere volebat omnino va  
cuū conspexerunt. Ibi itaqz translāt⁹ qn̄  
ta miracula precipue circa incarceratos do  
minus per eum faciat. imensi ferri varietas  
ante eius tumulum dependentis testis exi  
stit. **V**icecomes lemonicensiuz ad ter  
rorem malozum quādam grauissimam ca  
tbenam fecerat. quam in cippo sue turris af  
figi mandauerat. Qua catbena quicunqz  
collo cingebatur. cuiuslibet aeris intemperiei  
expositus. non vna sed quasi mille mortib⁹  
angebatur. Accidit autem vt quidā seru⁹  
sancti Leonardus illa catbena sine culpa liga  
retur. Qui cum fere vltimum spirituz effla  
ret. intra se quo potuit toto sanctuz Leonar  
dum affectu rogauit vt qui alios liberar⁹ si  
bi quoqz seruo suo subueniret. Statimqz sā  
ctus leonardus in veste cādida sibi appārēs  
dixit. Noli timere. quia non morieris. Sur  
ge ⁊ hanc catbenam tecum ad ecclesiam meā  
deferas. Sequere me quia ego precedas te.  
Qui confurgens et catbenam accipiens. sā  
ctum Leonardum precedentem vsqz ad ec  
clesiam suam secutus est. Statimqz vt ante  
fores fuit. beatus Leonardus ipsum dimisit  
⁊ ecclesiam intrans que sanctus Leonard⁹  
sibi fecerat omnibus enarrauit. ⁊ catbenam  
illam tam maximam ante tumulum ei⁹ sus  
spendit. **V**ir quidam in loco sancti Le  
onardi nobiliaco habitans. ⁊ eidem sancto  
valde fidelis existēs. a quodam tyranno ca  
ptus est. Qui tyrannus intra se cogitās di  
cebat Leonardus iste omnes compeditos  
absoluit. ⁊ omnis vis ferri ante eum velut ce  
ra ante ignem liquecit. Si hunc igitur vin  
culis ligauero pronus Leonardus ade  
rit et ipsum liberabit. Si autem ipsum cu  
stodire possem mille solidis ipsum redimi  
facerem. Scio igitur quid faciam. In turre  
mea profundam foueam faciam. ⁊ hominē

## De sancto Leonardo

būc cōpedibus aggrauatū ibidē submergā  
Deinde sup os foue lignea archā pstruā in  
qua armatos milites accubare faciā. Et eīz  
leonard⁹ ferū pfringat. tñ nōdū sub terram  
intrauit. Qd̄ cuz totū vt cogitauerat cōple  
uissz. et ille bō scūz leonardū sepi⁹ iclamaret.  
leonard⁹ nocte veniēs archā i q̄ iacebāt mi  
lites reuoluit et tanq̄z mortuos in sepulcro  
ita eos sub ipsa conclusit. Deinde cū multa  
luce foueā igress⁹. manū fidelis sui tenuit ac  
dixit. Dormis an vigilas. Ecce leonardus  
quē tu desideras. At ille admirās ait. Dñe  
adiuuā me. Cōfestiz p fractis catenis appbē  
sum pprijs vlnis extra turrim portauit. De  
inde secū sicut amic⁹ cum amico cōfabulā  
vsqz ad locum suum et domū ipm deduxit.  
**B** U Peregrinus quidam cū a visitatiōe  
sancti leonardi redisset. et i auernia captus.  
in cauea iclusus eēt. eos plurimuz deprecā  
batur. vt amore sancti leonardi cuz nihil vn  
qz eos offendissz. eū relaxare deberent. Qui  
responderūt q̄ nisi se copiose redimeret non  
exiret. Et ille. Sit inter vos et sanctum leonar  
dū cui me sciatis recōmendatum. Sequen  
ti igitur nocte sanctus leonard⁹ dño illi⁹ cas  
stri apparuit. et vt peregrinū suū dimitteret i  
perauit. Ille vō mane euigilās et visionem q̄  
si somniū paruipēdēs. nullaten⁹ dimittere  
voluit. Altera nocte eadē impās sibi apparu  
it. Sed ille iterū obedire cōtēpsit. Tertia vō  
nocte scūz leonardus peregrinuz accipiēs  
extra oppidū deduxit. statimqz turris cū me  
dia parte castri corruēs. oppressis plurib⁹ so  
lum principē ad sui cōfusione fractis cru  
ribus reseruauit. **M** Miles quidam in bri  
tannia incarceratus sanctum leonardū in  
uocabat. Qui statim cunctis videntibus et  
cognoscentibus et stupentibus i media do  
mo apparuit. et carcerem itras et vincula frā  
gens homini catenas in manibus posuit  
et per medium illorum deducens omnes stu  
pore perterruit. **F**uit et alius leonard⁹ e⁹  
dem professionis et virtutis. cui⁹ corp⁹ apd  
corbiacum requiescit. Hic cum in monaste  
rio esset prelatus. tanta se humilitate deicie  
bat. vt omnibus inferior videretur. Sed cū  
omnis pene populus ad euz cōflueret. qd̄ā

inuidi regi clotario suaserunt q̄ nisi preuide  
ret. per leonardum qui multos sub obtentu  
religionis colligebat. regnum frācie de imē  
tum nō modicum sustineret. Quibus rex  
nimis credulus eum expelli iussit. Veniētes  
autem milites a deo eius verbis compuncti  
sunt. q̄ se suos futuros discipulos spopondē  
runt. Rex quoqz penitēs veniam petijt. et de  
tractores rebus et bonoibus priuauit. et san  
ctum leonardum valde dilexit. et vix ad p̄cel  
sancti detractores dignitati pristina restituit.  
Qui a deo similiter impetrauit. vt quicū  
qz in carcere tenerent mor inuocato suo no  
mine soluerentur. Dum autem quadā die  
orationi incuberet. serpens quidam mari⁹  
a parte pedū vsqz in eius sinū tetendit. Qui  
pp̄ter hoc nullaten⁹ ab oratione surrexit. Cō  
pleta vero oratiōe dixit ei. Scio quia ab ini  
tio creatiōis tue homines quātum preuales  
in q̄etas. sed nūc si in me tibi tradita est pote  
stas. fac i me quicquid merui. Quo dicto se  
pens per capucium exiliens ad pedes eius  
mortuus corruit. **I**stod hoc autem cū duos  
ēpos discordātes sedassz i crastinū se finien  
dū pdixit circa ānos dñi. d̄lxx.

CEI

21

De sancto Luca euangelista.

**L**ucas interpretatur  
Ipe consurgens vel eleuās. vel dici  
tur lucas a luce. Ipe enim fuit consurgens  
ab amore mūdi. eleuās se i amorem dei. Fu  
it etiā lux mūdi eo q̄ mūdum illūinauit vni  
uersū. **M**at̄h. v. Vos estis lux mūdi. Lux at  
mūdi est ipe sol. q̄ quidē lux habet in situ (B  
limitatē. **Ecc̄l̄. xxvj.** Sol orēs mūdo i altis  
simis dei. In aspectu delectabilitatē. **Ecc̄l̄. xj.**  
Dulce lumē et delectabile est oculis v̄i. **De so  
lem.** In motu velocitatē. **ij. heb̄re. iiii.** **M**at̄  
gna est terra et excelsus est celū. et velox curs⁹  
solis. In effectu vtilitatē. q̄ p̄m pbilosophū.  
homo generat hominem et sol. Sic lucas ha  
buit sublimitatē per celestiu contemplatio  
nē. delectabilitatem per dulces p̄uersiones  
velocitatem per feruentem predicationem.  
vtilitatem per doctrine sue conscriptionem.

B

**L**ucas syr<sup>9</sup> natōe ātiocben<sup>9</sup> arte me  
dic<sup>9</sup> fuit. fm̄ q̄sdā vn<sup>9</sup> De. lxxij. domi  
ni discipul<sup>9</sup> Sane cū biero. dicat eū  
fuisse discipulū ap̄loz nō dñi. et glo. sup. xxv.  
exodi notet. q̄ dñō p̄dicāti nō adbelit. sed p̄  
resurrectionē ei<sup>9</sup> ad fidē venit. maḡ tenēduz  
est q̄ nō fuerit vn<sup>9</sup> De. lxxij. licet aliq̄ sic fuerit  
opiati. Qui tate fuit p̄fectiōis z vite vt optie  
ordinat<sup>9</sup> fuerit q̄ntū ad deū et q̄ntuz ad pro  
ximū. z q̄ntū ad seipz. z q̄ntū ad suū officiu.  
Et in signū b<sup>9</sup> q̄duplicis ordinatōis q̄ttu  
or facies b̄re describit. s. faciem hominis z le  
onis. bouis z aquile. Q̄libet enī de aīalib<sup>9</sup>  
habebat q̄ttuor facies et q̄ttuor pēnas vt d̄z  
ezech. j. Et vt b̄ meli<sup>9</sup> videat. imaginemur a  
liq̄d aīal q̄d b̄eat caput q̄dratū. vt lignū qua  
dratū. et ī q̄libz sup̄ficie imaginemur vnā fa  
ciē a pte āteriori faciē hoīs. a dextis facies leo  
nis. a sinistris faciē vituli. a pte posteriori fa  
ciē aq̄le. Quia vō facies aq̄le sup̄ alias emie  
bat pp̄tē colli. p̄ductōz q̄d ī ea lōgū ē. iō d̄z q̄  
erat desup. Q̄libet etiaz boz q̄ttuor pēnas  
bēbat. q̄a cū q̄libet aīal quasi quadratum  
imaginemur. et in quadrato sint quattuor  
āguli. in q̄libet angulo erat vna pēna. Iſder  
ista quattuor animalia fm̄ sctōs q̄ttuor euā  
geliste significā. q̄z licet q̄libet habuerit q̄tu  
or facies scribēdo. s. de b̄ūanitate. passiōe. re  
surrectionē. z diuinitate. singule tñ singul<sup>9</sup> per  
quandam appropriatōez attribuuntur fm̄  
biero. Mathe<sup>9</sup> in homine figuratur. q̄z prin  
cipaliter circa xp̄i humanitatem immorat.  
Lucas in vitulo agens de chusti sacerdotio  
Marc<sup>9</sup> in leone euidenti<sup>9</sup> scribens d̄ resur  
rectionē. Catuli enī leonum vt dicunt vsqz in  
diē tertium q̄si mortui iacent. sed rugitu le  
onis in die tertio excitantur. Item quia ice  
pit a rugitu predicatōis. Jobānes in aq̄la  
ceteris ali<sup>9</sup> volans scribēs de xp̄i diuinita  
te. Chust<sup>9</sup> etiaz de quo scribunt omnia ista  
q̄ttuor fuit. s. homo nat<sup>9</sup> de virgine. vitul<sup>9</sup> in  
passiōe. leo in resurrectionē. aquila in ascen  
sione. Iſder has igitur q̄ttuor facies ī quibus  
designat<sup>9</sup> ē lucas sicut q̄libz ali<sup>9</sup> euāgelista.  
ōndit̄ q̄lic illis q̄ttuor modis fuerit ordinat<sup>9</sup>  
Iſā p̄ faciē hoīs oñdit̄ q̄ recte fuerit ordina  
t<sup>9</sup> q̄ntū ad proximū quē d̄z rōne iſtruere. man

suetudie attrahere. z libtate fouere. Iſō enī ē  
aīal rōnale mā suetū z libale. Iſder faciē aq̄le  
ostenditur q̄ recte fuerit ordinatus quantū  
ad deum. quia in eo oculus intellectus cō  
tuetur deum per contemplatōnem. rostrū  
affectus ad ip̄m exacuitur per meditatiōz. se  
nect<sup>9</sup> effect<sup>9</sup> abijcit p̄ nouā conuersationem  
Elquila enim acuti luminis est vt rotam so  
lis irzeuerberatis oculis aspiciat. z in altuz  
mirabiliter eleuata pisciculos in medio ma  
ris videat. Iſrostrum etiam nimis adūcatū  
ne impediatur in cibo capiēdo petre alli  
dit z sic vsui cibandi habile efficit. Erusta in  
super a calore solis z in fontē magno impe  
tu se pijciens senectutē abijcit. calore sol<sup>9</sup> ocu  
loz caliginem cōsumēte z pennas alleuian  
te. Iſder faciē leonis ostenditur q̄ recte fuerit  
ordinatus quantum ad se. quia habuit ge  
nerositatem p̄ honestam moz p̄uersatiōez  
sagacitatem p̄ insidiarum hostiliū vitatiōz  
z passibilitatē p̄ afflictōz cōpassionez. Leo  
enim est animal generosum. q̄z rex animali  
uz. Est sagax q̄z vestigia cauda delz cū fugit  
ne inueniat. Iſpassibile quia quartanam pa  
titur. Iſder facies vituli siue bouis ostendit̄  
q̄ recte fuerit ordinat<sup>9</sup> q̄ntū ad suū officiu.  
q̄d fuit scribere euangeliū. Ibi enī morose p̄  
cessit. quia incepit a natiuitate p̄cursoris z  
natiuitate z infantia xp̄i. z sic paulatī p̄cessit  
vsqz ad vltimā p̄sumationem. Discrete ice  
pit. quia post alios duos euāgelistas. vt q̄d  
illi omisissent iste suppleret. z q̄d sufficiētes di  
xissent omitteret. Circa templū z sacrificiū  
immoratus fuit. q̄d p̄z in p̄ncipio et ī medio  
z in fine. Bos enim est animal morosum in  
vngulis fissum. p̄ q̄d intelligitur discretio ī  
molantium. **E** **R**erum qualiter be  
atus lucas in p̄dicis quattuor modis ordi  
natus fuerit. melius ostenditur si vite ei<sup>9</sup> se  
ries meli<sup>9</sup> indagetur. Iſprimo igitur ordi  
nat<sup>9</sup> fuit quātum ad deum. Tripliciter au  
tem ordinatur homo quantum ad deū. fm̄  
beatum Bernar. s. affectione cogitatione et  
intentione. Affectio debet eē sancta. cogita  
tio mūda. z intētio recta. Affectionem igit̄  
sanctam habuit. q̄a spiritus sancto plen<sup>9</sup> fuit.  
biero. in plogo sup̄ lucā. Obijt inquit ī bubī

## De sancto Luca

nia plen<sup>9</sup> spūscō. Scdo habuit cogitatioz  
mūdā. q̄a fuit v̄go corpe ⁊ mente. in q̄ notat  
mūdicia cogitatiois ipi<sup>9</sup>. Tertio habuit in-  
tentionē rectā. q̄ in oib<sup>9</sup> q̄ faciebat bonorem  
dñi q̄rebat. De his duob<sup>9</sup> plūis d̄r in plogo  
sup act<sup>9</sup> aploz. Sine crimie ī v̄ginitate per-  
manēs. Hoc q̄ntū ad mūdiciā cogitationis  
Dño maluit seruire. i. ad bonorē dñi. Hoc  
quātū ad rectitudinē itentionis. ¶ Secūdo  
fuit ordinatus q̄ntū ad primū. Ad primū  
aut ordinamur cū ei ipēdim<sup>9</sup> qd̄ debemus.  
Tria aut s̄m richardū de sc̄o vict. sūt q̄ p̄rio  
debem<sup>9</sup>. s. nr̄z posse. nostrū nosse. nostrz vel-  
le. ⁊ vt q̄ntū addat nostrz agere. Pr̄m̄ posse  
se in subsidijs. nr̄z nosse in p̄silijs. nostrz vel-  
le ī d̄sidijs. nostrū agere ī obseq̄is. Quātūz  
ad h̄ q̄ntū ordinat<sup>9</sup> fuit beat<sup>9</sup> lucas. Bedit  
enī p̄mo primo posse suū in subsidijs qd̄ pa-  
tet ex h̄ q̄ paulo in oib<sup>9</sup> tribulationib<sup>9</sup> semp  
adbelit. ⁊ ab eo nunq̄z discedēs eidē in predi-  
cationis subsidiū fuit. ij. abi. iiii. Lucas ē me-  
cū sol<sup>9</sup>. In hoc q̄ dicit mecū tanq̄z sc̄z adiu-  
tor et defensor. notat qualiter sibi subsidia p̄-  
stitit. In hoc q̄ dicit sol<sup>9</sup> notatur q̄ p̄stanter  
eidē adbelit. Itē. ij. cor. viij. dicit de luca. Nō  
solū autē sed ⁊ ordinat<sup>9</sup> est ab ecclijs socius  
peregrinationis nostre. zc. Scdo suū nosse in  
consilijs. Tūc enim suū nosse primo tribuit  
cū doctrinam apostolicam ⁊ euangelicam  
quam ip̄e nouerat ad vtilitatem primoz p̄-  
scripsit. De hoc ip̄e testimoniū sibi perhibet  
in plogo suo dicēs. Visū est ⁊ mibi assecu-  
to a p̄ncipio diligēter ex ordine tibi scribere  
optime theophile. vt agnoscas eozū verborz  
de q̄b<sup>9</sup> es erudit<sup>9</sup> veritatem. Qualiter etiaz  
prebuit suū nosse in consilijs. patet ex illo v̄-  
bo qd̄ dicit hieroi<sup>9</sup>. in plogo. quia ei<sup>9</sup> verba  
anime lāguētis sunt medicina. Tertio e<sup>9</sup> vel-  
le in d̄sidijs. q̄ p̄z ex hoc q̄ eis salutē eternā  
desid̄rauit. Coll. iij. Salutat vos lucas me-  
dic<sup>9</sup>. i. salutē eternam exoptat. Quarto eius  
agere in obseq̄is. qd̄ patet ex h̄ q̄ dominū  
quez aliquē pegrinū extimabat hospitiū re-  
cepit. ⁊ ei omne obseq̄ūz caritatis exhibuit.  
Fuit enī soci<sup>9</sup> cleopbe dū ibat ī emaus sicut  
aliqui dixerūt put refert Greg. ī moral. licet  
amb. dicat aliū fuisse cui<sup>9</sup> etiā nomē ponit.

**T**ertio fuit bñ ordinat<sup>9</sup> q̄ntū ad seipm̄  
Tria aut sūt s̄m Bern. que optime ordināt  
boiem ad seipm̄ ⁊ sanctū faciūt. s. vict<sup>9</sup> sobri-  
us. act<sup>9</sup> iust<sup>9</sup>. sens<sup>9</sup> pi<sup>9</sup>. Et qd̄libet horuz s̄m  
ipm̄ bern. in tria diuidit. Vict<sup>9</sup> in q̄t sobrius  
erit. si p̄tinet. si socialit. si humilit vixerim<sup>9</sup>  
Act<sup>9</sup> iust<sup>9</sup> erit. si fuerit rect<sup>9</sup> discret<sup>9</sup>. fructu-  
os<sup>9</sup>. Rect<sup>9</sup> p̄ bonā intentionē. discret<sup>9</sup> p̄ mode-  
rationē. fructuos<sup>9</sup> p̄ edificationē. Sēl<sup>9</sup> pius  
erit. si fides nostra sēt deū sūme potentē. sū-  
me sapientē. sūme bonū. vt p̄ ei<sup>9</sup> potētiaz no-  
straz credam<sup>9</sup> iuuari infirmitatē. per e<sup>9</sup> sapi-  
entiaz nr̄am credam<sup>9</sup> corrigi ignorātiā. p̄  
ei<sup>9</sup> bonitatē nr̄am credam<sup>9</sup> dilui iniquitatem.  
Hec Bern. In his oib<sup>9</sup> beat<sup>9</sup> lucas fuit op-  
time ordinat<sup>9</sup>. Idem enim habuit victū sob-  
riū. ⁊ hoc triplici. quia vixit p̄tinent. Nam  
vt testat hieroi<sup>9</sup>. de eo in plogo super lucam  
ip̄e nec vxorē vnq̄z habuit nec filios. Secun-  
do socialit hoc notat in hoc q̄ dicit de ip̄o  
de cleopha. supposita opinione predicta luc.  
vl. Duo ex discipul<sup>9</sup> iesu ibāt ip̄a die. zc. So-  
cialitas enī notatur in hoc q̄ dicitur duo. ⁊ ī  
hoc q̄ d̄r discipuli. q̄si disciplinati. i. bene mo-  
rigerati. Tertio humilit. cui<sup>9</sup> humilitas illi  
nuat in hoc q̄ nomē socij sui. s. cleopbe expli-  
cit ⁊ suū tacuit. Nam s̄m opinionē quozun-  
dam lucas ex bñlitate nomē suuz siluit. Se-  
cūdo habuit actū iustū. q̄ qd̄e act<sup>9</sup> fuit rect<sup>9</sup>  
p̄ intentionē. hoc notat in oratiōe cū d̄r. Qui  
crucis mortificationēz iugit in suo corpore p̄-  
tui nois amore portauit. Discret<sup>9</sup> p̄ modera-  
tionē. An̄ in forma bouis mōstrat<sup>9</sup> est qui  
ungulam findit. p̄ qd̄ v̄t<sup>9</sup> discretiois expm̄it  
Fructuos<sup>9</sup> p̄ edificationē. adō quippe fuit pri-  
mis fructuos<sup>9</sup> q̄ ab omnib<sup>9</sup> carissim<sup>9</sup> habe-  
batur. An̄ coll. iij. vocatur ab apostolo ca-  
rissim<sup>9</sup>. Salutat in q̄t vos lucas medic<sup>9</sup> ca-  
rissim<sup>9</sup>. Tertio habuit sensū pius. quia credi-  
dit ⁊ in suo euāgelio p̄fess<sup>9</sup> est deum cē sūme  
potentē. sūme sapientē sūme bonū. De duo-  
b<sup>9</sup> p̄mis dicit in. iij. c. Stupebāt ī doctrina  
ei<sup>9</sup>. quia ī potestate erat sermo ipsi<sup>9</sup>. De ter-  
tio ptz. xvij. c. Nemo bon<sup>9</sup> nisi sol<sup>9</sup> de<sup>9</sup>.  
¶ Quarto ⁊ vltimo fuit optime ordinat<sup>9</sup>  
quātū ad suū officiū. qd̄ fuit scribere euāge-  
liū. In hoc aut patet qualiter ibi fuerit ordina-

## De scō Luca.

tus, quoniam ipse suum euāgelium fulcit multa vilitate, replet multa vilitate, decorat multa venustate, et autēnticat multorum auctoritate. **P**rimo namque fulcitur multa veritate. Est autē triplex veritas, scilicet vite, iustitie, et doctrine. Veritas vite est adequatio manus ad linguas; Veritas iustitie est adequatio sententie ad causas; Veritas doctrine est adequatio rei ad intellectum. **H**ac triplici veritate ipsum euāgelium fulcitur quia in ipso euāgelio hec triplex veritas edocetur. **O**stendit enim lucas et christum hanc triplicem veritatem in se habuisse et alios docuisse. **O**ndit autē christum hanc triplicem veritatem in se habuisse per testimonium aduersariorum, sicut patet luce, xx. **M**agister scimus, quia recte dicis et doces. **E**cce veritas doctrine. **E**t non accipis personam. **E**cce veritas iustitie. **S**ed in veritate viam dei doces. **E**cce veritas vite. **B**ona eius vita, dicitur via dei. **S**ecundo ostendit in ipso suo euāgelio christum hanc triplicem veritatem docuisse. **P**rimo enim ibidem docet veritas vite que consistit in obseruatione mandatorum dei. **U**nde dicit, x. c. Diliges dominum deum tuum, etc. **H**oc fac et viues. **I**tem, xvij. interrogauit eum quidam. **M**agister quid faciendo vitam eternam possidebo. **E**t sequitur. **M**andata nosti. **N**on occides, etc. **S**ecundo veritas doctrine. **U**n quibusdam hanc veritatem doctrine puertatibus dicebat, xj. c. **V**e vobis pharisaeis qui decimatis, id est decimanda predicatis mentam rutam et omne olus, et preteritis iudicium et caritatem dei, etc. **I**tem ibidem. **V**e vobis legisperitis qui tulistis clauem sciencie, etc. **T**ertio veritas iustitie. **U**n dicit, xx. c. **R**eddit ergo que cesaris sunt cesari, et que dei sunt deo. **I**tem, xix. c. **V**eruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc, et interficite ante me. **I**tem, xij. vbi agitur de iudicio vbi reprobis dicitur. **D**iscidite a me omnes operarij iniquitatis. **E**t **S**ecundo eius euāgelium repletur multa vilitate, vnde et ille qui scripsit medicus fuit ad designandum quod nobis medicinam vtilissimam propinauit. **E**st autē triplex medicina, curatiua, preseruatiua, et melioratiua. **H**anc triplicem medicinam nobis lucas in suo euāgelio celestem medicum ostendit propinasse. **M**edicina autē curatiua est que curat a morbo, et habet penam que omnes morbos

spirituales curat. **H**anc medicinam dicit medicum celestem nobis exhibuisse, cum ait, iij. c. **S**anare contritos corde predicare captiuis remissionem, etc. **I**tem, v. c. **N**on veni vocare iustos, etc. **M**edicina melioratiua, est que sanitatem auget, et habet est obsequatio filiorum. **C**onsilia enim boni melioris et perfectioris faciunt. **H**anc medicinam ostendit nobis medicum propinasse, xvij. c. cum ait. **O**mnia quecumque habes vende et da pauperibus, etc. **I**tem, vj. c. **E**t eo que aufert tibi vestimentum, etc. **M**edicina autē preseruatiua est que preseruata casu, et hec est vitatio occasionum peccandi et malarum societatum. **H**anc medicinam ostendit medicum tradidisse cum ait, xij. c. **E**t tēdite a fermento pharisaeorum, etc. **U**bi edocet malorum consortia euitare. **V**el potest dici quod ipsum euāgelium multa vilitate repletur quoniam in ipso virtus omnis sapientie continetur. **D**e hoc dicit ambrosius. **L**ucas omnes sapientie virtutes euāgelij sui complectitur historia. **D**ocuit enim natalia cum de spiritu sancto dominicam incarnationem extulisse referauit. **U**nde et dauid naturalē docēs sapiencie ait. **E**mitte spiritum tuum et creabunt. **I**tem cum docuit tenebras in passione christi factas, iram tremuisse, solem radios abstraxisse. **D**ocuit moralia cum in ipsius beatitudinibus mores docuit. **R**ationalia docuit cum ait. **Q**ui fidelis est in minimo, et in magno fidelis est. **S**ine hac triplici sapientia, ipsa fides ipsum misterium trinitatis esse non potest, hoc est naturali, rationali, et morali. **H**ec ambrosius. **T**ertio eius euāgelium decorat multa venustate. **E**ius enim stilus et modus loquendi valde venustus et decorus est. **A**d hoc autē quod aliquis in dictis suis venustate et decorum teneat. **T**ria sunt necessaria que tradit augustinus, scilicet, ut placeat, ut pateat, et ut moueat. **U**t placeat debet loqui ornate, ut pateat debet loqui apte, ut moueat, debet loqui cum feruore. **H**unc triplicem modum habuit lucas in scribendo et in predicando. **D**e duobus primis iij. cor. viij. **M**agister sum autem cum illo fratre glofiam, barnabam vel lucam, cuius laus est in euāgelio per omnes ecclesias. **I**n hoc quod dicitur laus est, etc. notatur quod locutus est ornate. **I**n hoc quod dicitur per omnes ecclesias notatur quod locutus est apte. **Q**ui autem cum feruore locutus sit patet ex hoc quod cor ardens habuit dicens. **N**onne cor nostrum ardens erat in nobis, etc. **I**tem. **Q**uarto eius euāgelium autēnticat multo;

## De sancto Luca

ruz auctoritate. Multorum quoque auctoritate autentificatum fuit. Quoniam a patre fuit preordinatum. Hieronimus xxxi. Ecce dies veniunt dicit dominus. et feriam domui israel et domui iuda secundum novum. non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo israel. post dies illos dicit dominus dabo legem meam in visceribus eorum. Ad litteram loquitur de doctrina evangelica.

**S**ecundo a filio corroboratum. unde dicitur in eodem evangelio. xxi. c. Celi et terra transibunt verba autem mea non transibunt. Tertio a spiritu sancto inspiratum. unde dicit hieronimus in prologo super lucam. Sancto instigante spiritu in archaie partibus hoc scripsit evangelium. Quarto ab angelis prefiguratum. Fuit enim prefiguratum ab illo angelo de quo dicitur apocalypsis. xiiij. Vidi angelum Dei volantem per medium celi habentem evangelium eternum. Istud autem evangelium dicitur eternum. quia ab eterno efficienter. id est a christo qui est eternus. et eternis materialiter. ad eterna finaliter. in eternum perpetualiter. Quinto a prophetis preannuntiatum. Nam ezechiel propheta istud evangelium preannuntiavit. cum primum de animalibus faciem vituli habere dixit. per quod evangelium luce signatum est ut supra dictum est. Item quoniam dixit ezechiel. ij. se vidisse librum qui erat scriptus intus et foris. et in quo erant scripta lamen tum carnis et vite. Per hunc enim librum intelligitur evangelium luce. quod est scriptum intus per profunda mysterii occultationem. et foris per historie apertionem. In quo etiam continetur lamen tum passionis. carmen resurrectionis. et vite eterne donationis. sicut patet. xj. c. vbi multa verba ponuntur. Sexto a virgine referatum. Virgo enim beata omnia in corde suo conservabat. et diligenter conservabat. ut dicitur luce. ij. ut hoc postmodum scriptoribus referaret. ut dicitur glossa. ibidem. Omnia que de domino vel a domino facta vel dicta cognovit in memoria recordabat. ut cum tempus predicande vel scribende incarnationis adveniret. sufficienter universa que essent gesta posset explicare querentibus. Unde etiam bernardus assignans rationes quare angelus beate virgini nuntiavit conceptum elizabeth ait. Ideo conceptus elizabeth nuntiavit marie. ut dum nunc salvatoris. nunc precursoris edoceret adveniret.

rerum tempus et ordinem tenens. ipsa postmodum melius scriptoribus ac predicatoribus evangelii referaret veritatem. que plene de omnibus a principio celitus fuit instructa mysteriis. Creditur igitur quod evangeliste eam de multis inquirebant. et ipsa eos certificabat. Et specialiter creditur de beato luca quod ad eam tanquam ad archam testamenti recurrat. et ab ea de multis certificatus fuit. precipue de his que sibi soli committantur. sicut de angelica annunciatione. et christi humanitate. et beati marci. de quibus solus lucas agit.

**S**eptimo ab apostolis intimatum. Cum vero lucas non fuerit cum christo in omnibus actibus et miraculis christi. Ideo suum evangelium scripsit secundum quod apostoli qui presentes fuerant sibi intimaverunt et retulerunt sicut ipse in prologo suo sinuat dicens. Sicut tradiderunt nobis que ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis. Cum enim dupliciter servaverit ferri testimonium. scilicet de visis et de auditis. Ideo dominus ut ait augustinus. duos testes voluit habere de visis scilicet mattheum et iohannem. et duos de auditis. scilicet marcum et lucam. Et quoniam testimonium quod est de visis firmitus et certius est quam illud quod est de auditis. ideo ut dicit augustinus. duo evangelia que sunt de visis ponuntur extrema. et alia duo que sunt de auditis ponuntur media. ut hec media tanquam infirmiora ab illis extremis que sunt certiora. vincuntur fulciantur et roborentur.

**O**ctavo a paulo mirabiliter approbatum. Nam eius evangelium mirabiliter approbatum quando ad confirmationes dictorum suorum. luce evangelium adducebat. Unde dicit hieronimus in libro de viris illustribus. Quidam suspicantur quotiescumque paulus in epistolis suis dicit. secundum evangelium meum de luce significare volumine. Eius etiam evangelium mirabiliter approbavit cum de eo scribit. ij. cor. viij. c. laus est in evangelio per omnes ecclesias. Legitur in historia antiochena quod dum christiani que erant in antiochia multis flagitiis se dedissent. obsessi a multitudine turcorum. fame ac miseria multiplici affligebantur. Sed cum plene ad dominum per penitentiam fuisset conversi apparuit cuidam in ecclesia sancte marie de tripoli vigilanti vir quidam lucidus candidis vestimentis indutus. et cum quereretur quoniam esset